etiam nomini ⟨dicatus Acci⟩, poetae tragici, exstat liber, cuius plurimos versus, quos Saturnios appellaverunt, vestibulo templi Martis superscribsit Brutus.

Hunc ad perficiendum adoravi. § 28.

Hoc verbum adoravi significat: cohortatus sum; adorare autem orare et petere significat.

Qui vos, qui vestros imperatores, qui p. R. res § 31.
gestas semper ornavit.

Epilogus valde conveniens personae rei, quo devotionem Licinii Archiae commendat in rebus p. R. . . . am omnesque ingenii vires . . . occupatas.

PRO ⟨ARCHIA EXPL.⟩ FELICITER.